



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

ii. De rescriptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

vt quod tunc vel postea excurret, cōmuni mensa deputetur: si tamen plureis, aut ad vnum præbendum, aut in canonicos postea voluntariè receperint: his sic receptis fruct⁹ qui superexcreuerint vsque ad æqualem aliorum præbendorum valorem assignanto, nec, si sine præiudicio constitutionis suæ recepisse se aiant, id ollis prodesto. In constitutionibus huiusmodi earumque confirmationibus superexcrementi casus exceptus esto vel intellegitor.

In adoptandorum damnum, contra consuetudinem ecclesiæ, singularibus personis quæ iam in ipso sunt reseruato consuetudinis privilegio, conlegium nil statuito. Si secus faxit: postea venietium deteriolem causam ne facito. vel enim consuetudinem seruato, vel in æquale omnibus statuunto. 6. Cū omnes.

De Rescriptis. Tit. 2.

Rescripta quoq; apostolica vim legis habent. In his hæc posita sunt.

Ea is cui diriguntur, negoci, quo de scribitur, qualitate pensata, adimpleto, vel, si quid durius continent, cur adimplerier haud possient, rationabilem summo Pont. causam prætendito. 5. Si quando.

Quæ præcisa fuerint, suspecta habeto. Ea sub hac cōditione, **S I P R E C E S V E R I T A T E N I T A N T V R**, data esse accipiuntur. Impetran- 2. Ex par
tem verò, si iusta causa esse videbitur, & veritatem tacuisse cōuincitur, cum ipsis literis, vt falsi suspectum ad Pont. remittito, amandato. 20. Super

Generaliter autē literarum tacita veritate, vel literis,

De Rescriptis

suggesta falsitate impetratarū, si quidē per fraudem & maliciam id actum esse iudex compere-rit, impetrator cōmodo careto. Iudex de causā ne cognoscito. Ea si fuerit huiusmodi, qua intel-lecta nihilominus R. Pontifex literas saltem in forma communi dūisset: iudex secundū iuris ordinem procedito, formam in ipsis literis adpo-sitam ne spectato. Aliās cognitionem suam ne interponito.

26. *Dile-* Nec enim qui se restitui mandari obtinuerit
ctus. ij. in re aliqua, nisi & à quo amotus fiet, & quid ip-sius occasione sequutum fuerit (si fortè excom-municatus fuit) expresserit, restitutor.

11. *Ad* Denique literæ sine vitio sunt. Vnde si mani-
audientiã festum continēt in syntaxi peccatum, iis ne cre-
i. ditor.

8. *Ad* Sed & personatum vel dignitatem habentes,
aures. literas inquietudinis super minoribus beneficiis aduorsum pauperes clericos, dignitatis suæ no-mine subpresso, obtinētes effectu literarum ca-rento.

27. *Postu-* Item cui de vicariæ perpetuæ prouentibus
lasti. competēter prouisum est, si, cum sibi quasi pau-peri clerico, & nullum beneficium indepto in forma communi prouideri mādari obtinebit, de ea mentionē non faxit, inutileis literæ sunt.

42. *Si pro-* Sic & si minus competens beneficium obti-
ponente. nebat, si quasi nullum adhuc beneficium adse-quitus literas impetrat: nihil ob fraudem literis iuuator.

17. *Cum* Et qui sufficiens in vna ecclesia præbendum
adeo. adeptus est, si pro sua receptione in alia literas

impetrarit haud facta præbendi mentione : olli inutiles literæ funto. Si se clericum non dixerit: idem esto.

Quod si literis super prouisione sua in ecclesia obtentis, earum beneficio renunciando, pensionem annuam, vel aliud beneficium recepit: posteriores literæ ab eodem super prouisione sua obtentæ, si de prioribus literis mentionem non faciant, nullæ habentor.

31. *Ad
audientiã
ij.*

Immo (quod maius est) diuersis literis ad diuersas ecclesias obtentis, aliarum in alteris non facta mentione, posteaquam in vna ecclesia receptus fuerit, quanquam nec dum in ipsa beneficiũ adsequutus fiet, aliam ecclesiam super receptione sua ne inquietato.

32. *In no-
stra.*

Præterea prouisionis huiusmodi literis, **SI PRO ALIO NON SCRIBSIMVS QVI SIMILEM GRATIAM PROSEQVATVR,** cum non intendat Pont. ecclesiam in duorũ receptione grauare: alio per literas apostolicas in ipsa ecclesia beneficium obtinente, qui mandatum accepit impunè ne pareto.

38. *Man-
datum.*

Nec, si loci diœcesanus, vt in diœcesi sua, vbi pro alio scribturn nõ sit, alicui faciat prouideri, prouidendi etiam ipsi facultate concessa, mandatum acceperit: prælatum subiectæ sibi ecclesiæ, qui iam mandatum pro alio recepsit, cogito.

40. *Ab
batem.*

Literis tamen aliarum monitoriarum à præcessore summo Pont. impetratarum exequutoriis grauata ecclesia ne intellegitor. Idcirco eis pareto.

39. *Literis*

De rescribtis.

37. *Ex in
sinuatio-
ne.* Exequutorias monitoriæ præcedunt. Monitoriarum, cum nullas habuerit, sed præceptorias tantum, si quis in exequutoriis mentionem facit: literæ nullas vires obtinento.
19. *Consti-
tutus.* Eæ post monitorias ad aliquod capitulum impetratæ, ni facti statuti & iureiurando confirmati super certo canonicorum numero mentionem fecerint: impetrans summum Pont. circumuenisse creditur.
30. *Capitulum.* Duorum mādatorum & literarum præceptoriarum, post monitorias à duobus impetratarum super prouisione præbendalis beneficii in eadē ecclesia, exequutoriis literis ad diuersos impetratis, qui prior ad capitulum mandatum apostolicum reportauit, ei præbendale beneficium assignator, isque in fratrem & canonicum recipitor.
7. *Eam te* Ecclesiæ seu capitulo si quid ita mandatum præceptumve fuerit: is qui, cum scriberetur, de ipso erat, etsi postea solus exequundi mandati potestatem fuerit adeptus, implere cogitor.
Nunc de rescribtis ad lites tractator.
10. *Ad
hæc.* Itaque rescribto apostolico ne vnus omnia negocia vni pluribusve quos ipse elegerit committuntur. taleis literæ viribus carento, & litigatores examen iudicis ordinarii requirunto.
14. *Pastor-
ialis.
θεμ.α.
quoniam.* Certis in rescribto causis & personis expressis, si generalis clausula de quibusdam aliis causis & personis additur: ante causarum & personarum expressionem delegatus iurisdictionem ne exerceto. Eæ verò causæ vel personæ si specialiter vel posterioribus literis, etiam de prioribus illis mentionem non facientibus, commissæ sient: ad

posteriores iudices pertinento.

Ea autem clausula nec digniores personæ, ^{15. Sedes.}
nec maiores, nec grauiora negocia expressis, nec
effrænata multitudo comprehenditor. Si maio-
res personas, aut grauiora negocia dolosè, & non
vt cum eis experiretur, exp ressit impetrator; do-
lo nihil iuuator.

Sed etsi contra episcopum & alios diœcesis ^{35. Rodul-}
eius homines impetratæ sunt: aduersus ciuitatis ^{phis.}
eius homines ne valento.

Insuper ii tantùm, in quos impetranti compe- ^{36. Signis}
tebat actio cû literæ datæ sunt, respõdere cogû- ^{cavit.}
tor. Hæredes eorû, si ante decessint, quàm in ius
cierentur, earum authoritate ne conueniuntor.

Atq; adeo qui ex altera diœcesi est, quàm esse ^{34. Signi}
dicatur is aduersus quem literæ impetratæ dicû- ^{ficante.}
tur, etsi eodem nomine censetur, ne adpellator.

Nemo enim eiusdem nominis occasione lite- ^{43. Quia}
ris apo. abutitor, sed nec eas ad lites, quæ impe- ^{normullis.}
trationis literarum tempore non erant, trahito,
nec super eodem negocio plureis iudices impe-
trato. Item super pluribus actionibus personali-
bus nemo ad diuersos iudices, nec loca diuersa
trahitor. qui traxit, iactura literarum, expensarû
ac damnorum datorum incõmodo mulctator.

Super eodem verò negocio si quis plureis iu- ^{16. Ex te-}
dices dolo fraude impetrat: ni priorum in poste- ^{nore.}
rioribus fit mentio, vtraru mque literarum com-
modo careto.

Literæ si contra abbates impetratæ sunt, etiam ^{21. Edo-}
nulla de ipsorum conuentu habita mëtione: ipsi ^{scri.}
super causis ad ipsos & eorum conuentum per-

De rescribtis.

inentibus respondere, & congregationum suarum negocia procurare (nisi ipsorum & cōuentus omnino distincta erunt negocia) coguntor.

6. *Cum ordinem.* Literæ si super speciali & priuilegiaria re obtētæ sient: persona vel ordo cui priuilegium est, eius mentione non facta respondere ne cogitor.

28. *Nonnulli.* Sed & ultra duas dietas (nisi literis communium partium ad sensu, aut concilij generalis mentione facta impetratis) nemo trahitor. Nemo lites inter alios vel nouas effingito, vel veteres suscitato. Si quis id faxit: ni ex iis personis erit, à quibus de iure mandatum non exigitur, falsi damnas esto.

33. *Ex parte decani.* Itidem qui procurator fuit, domini reuocatione accepta literas ne impetrato. Causa tamen si post litem cum procuratore cōtestatam etiam ita commissa fuerit, vt non obstant literæ præter ad sensum partium impetratæ: quamuis à reuocato procuratore impetratæ sint, si tamen reuocatio ad noticiam partis & iudicis non peruenit, eorum iudicium cognitio esto. Si posterioribus per alterius partium procuratorem reuocatum, cum id sciret, impetratis, sub conditione, SI DE PARTIUM VOLUNTATE PROCESSERIT, causa termināda committitur: nihilominus prioris mandati formam seruanto.

3. *Ceteri.* Si eiusdem causæ cognitio diuersis rescribtis pluribus committitur, & priorum in secundis mentio habeatur: causa à priorum iudicium iudicio exempta esto, alioquin priores literæ ualēto. Datis uero communi partium ad sensu primū iudicibus, si pars altera eo tacito eiusdem

causæ iudices impetrat : etiam parti in expensis condemnator.

Aduorsus autem eum , qui prior literas impetrauit , si intra annum postquam iudicum copiam habuerit , illis vti dolo vel negligentia postposuerit , posteriùs impetratarum literarum , etsi de illis mentionem nõ faciant , auctoritas rata esto. ^{23. Plerumque.}

Itaque nisi delegati iudicis copiam non habuisse se allegauerit : exceptione priorum literarum ne vtor. ^{9. Si autẽ.}

Item adpellante adpellationem suam nõ prosequente , is cuius interest si iudices adpellationis causæ obtinet : olli priores adpellatis literæ , quas adpellationis non facta mentione obtinuerit , & queis dolo vel negligentia vti postposuerit , etsi de illis in posterioribus mentio non fiat , ne obsunt. Ipsi adpellans in necessariis expensis condemnator. ^{12. Ex parte. S.}

Quid si rescribto speciali adpella . remota causa commissa est? Adpellanti certè , etiam cui generaliter indultum sit , vt ipsi liberè liceat adpellare , iudices ne deferunt. ^{1. Sicut Romana.}

Sin simpliciter commissa erit , & contra priores literas exceptio legitima proposita est , & ob eam reiectam adpellatione interiecta , eius causæ ab adpellante iudices obtenti sunt : priores iudices causæ supersedent , adpellantis iudices , ad quos cognitio pertineat , cognoscunt. ^{29. Dilectus ij.}

Nam & iudex , cui , iniuriam ab ipso inlatam , si quam faxit , corrigere mandatur , de facto suo , de quo certior esse debet , ne cognoscito , illorù , ^{41. Ab ex communi- cato.}

De Rescribtis.

qui eo non parente exequutores dati sunt, cognitio esto.

14. *Pastoralis. in prin.* Porro cum de reuocatione literarum quaeretur, dati per eas iudices alii aliis honestè deferunt, vel simul vtrique cognoscunt. Ni simul concordant: etsi plureis sunt ex vna parte, arbitris à partibus elegundis lis committitor.

24. *Cum contingat* Dum autem contentio huiusmodi accidit, si diuersa ab ipsis decreta ordinario loci mandata sient: is prius receptum mandatum sibi directum, ni de ea contentione ante sit admonitus, exequitor. secundo postea mandato recepto, literarum apostolicarum vtrisque directarum copiam petito & obtineto. Quæ ex illis reuocatae sint, perspicito. potestatem tantum aut iudicis auctoritatem inter iudices aut partes ne sumito. Cum perspexit, posterius, si per literas eorum à quibus emanauit euidenter prius reuocabitur, exequitor. ni manifestè prius sit reuocatum, secundum ne exequitor. si dubium sit: dum concertatio iudicum sopiatur, expectato. Primo mandato recepto, si contentionis inter iudices, antequam exequatur, certior factus siet: idem facito.

23. *Sciscitatus.* Si plureis iudices ita commissi fuerint, vt si duo aut plureis exequi mandatum nequiuerint, vnus nihilominus exequatur: siue iure, siue necessario & ineuitabili facto cæteri impediuntur, vnus exequitor. si tantum noluerint (nisi eo quoque casu permissum siet) non idem vni liceto. Necessarii impedimenti coniudices vel exequutores inuicem certiores fiunt.

22. *Cum dilecta.* Quicumque autem ex rescribto apo. de causa

cognoscent, iuris ordinem seruato. In eo quod principaliter mandatur mādati formam exactè custodiunt. Contrà si quid adtētatum fiet: inritum esto.

Si quid tamen in rescripto non recto iuris ordine dispositum erit: clausulam, quibus locis de iure oportet, ibi intellegunt. 18. Caudine dispositum erit: clausulam, quibus locis de iure oportet, ibi intellegunt. sam que.

Cognitionis clausula, **S I E S T I T A**, ad omnia superiora refertor. Nec si abiudicationis cuius rei causæ proxima fiet, ad eam tantum pertinet, nec ob id iudex rem parti, ni & de suo iure quoque doceat, maxumè ecclesiam non conlatam, adiudicato. 25. Olim.

Sanè si plura sub disiunctione cognoscenda mandantur: de quo cunque altero iudici constitit, mandatum exequitor. 4. Inter ceteras.

De consuetudine. Tit. 3.

Consuetudinis vsusque longæui authoritas ne contemnitur. iuri tamen positiuo, nisi rationabilis, & legitimo tempore præscripta fiet, ne preiudicato. Contra ius naturale, cuius transgressio periculum salutis inducit, nullo temporis spatio firmator. 11. Cum tã to.

Sed & neruum ecclesiasticæ disciplinæ si dirumpat: inritator. 5. Cũ inter.

Vnde nec consuetudine temporalis pœna delictorum tollitor. 10. Ex parte.

Ea enim si canonicis obuiat institutis, nullius momenti esto. 3. Ad audientiam.

Itaque simplex sacerdos ecclesiastica sacra- 4. Quanto.